Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

scriptum ē. Lucerna dñi spiraculum hominis que inuestigat
omnia secreta uentris. Ac si diceret. Diuini afflatus inlumina
tio cum in mente hominis uenerit ea sibimetipsi inluminans
ostendit. Que ante sci spc aduentū cogitationes prauas aportare
poterat apensare nesciebat. Luor ergo uulneris absterget
mala. a plage in secretioribus uentris. quia cum exterius percutimur
ad peccatorū nrorum memoriā tacti afflictiq; reuocamur.
atq; ante oculos nros cuncta que a nobis sunt male gesta reduci
mus. a phoc quod foras patimur: magis intus qd fecimus dole
mus. Vnde fit ut interaperta uulnera corporis amplius nos
abluat plaga secreta uentris. quia sanat nequitias praui ope
ris occultū uulnus doloris. Admonendi sunt egri quate
nus patientie uirtutē seruent. ut incessanter quanta redep
tor nr abbis quos creauerit ptulit mala considerent. qd
tot ab recta conuersiorū probra sustinuit. Quod de manu an
tiqui hostis captiuorum cotidie animas rapiens insultantiū alapas
accepit. Quod aqua nos silitis diluens aperfidorū sputis faciem
non abscondit. Quod aduocatione sua nos aeternis supplicis lube
rans. tacitus flagella toleauit. Quod inter angelorū choras
pernes nobis honores tribuens colaphos ptulit. qd a peccatorū
nos conpunctionib' aluans. spinis caput subponere ñ recusauit.
Quod eterna nos dulcedine inebrians. in sitiē sua fellis amaritu
dinem accepit. Quod qui p nobis patre quā uis diuinitate esset
equalis adoratus est. sub irrisione adoratus tacuit. Quod uita mor-